



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

Censura Patris Fratris Petri Mexica Ordinis Sancti Francisci de Pavia in
Complutensi, necnon Salmanticensi Minimorum Collegio Primariam
Theologiae Cathedram moderantis, Diocesis Toletanae Synodalis ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76393](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76393)

Ex commissione D. Vicarij Matritensis, Toletanæ Diocesis.

Approbat R.P. Magister D. Franciscus de Arcos, Regis Catholici Concionator, supremi sanctæ Inquisitionis Senatus Consultor: olim Universitatis Toletanæ sacra Scriptura Moderator, ac Ordinis sanctiss. Trinitatis, Redemptionis Captivorum, Provinciae Castellæ Præsul.

PRÆCLARISSIMA, Reverendissimi Patris Antonini de Diana opera, quæ typis jam per duodecim partes mandata fuere; à fere omnibus, in omnibus, perfecta est (ut pote tanti viri) pro earum utili doctrina, admiratione digna, non tamen eis undequaque, sunt visa perfecta, anxie namque ea legentibus, quia sparsim jactata, & discussa, diu adhuc perferantibus erant absconsa, ordinem pro confusione vitanda exclamantia. *Vbi enim non est ordo adest mox confusio*, inquit Titelman. Hæc igitur opera, quia mira, ne prolixo sint labore assequibilia, R.P.D. Martinus de Alcolea, Carthusianus Regalis Cœnobij, *De el Paular*. Monachus, quasi omnium voce audita, alte perpensa, & accurate collecta, ac mirifice concinnata ad novenarium numerum redacta, præstat; propriis locis materias adaptans, quæstionesque resolutiones sive, mirabili quodam nexu, debito titulo concordans & connectens: ut, quæ excogitata omnes invenere, congruenter disposita recipiant; utque etiam, quæ primo condita lucem viderunt Diana solummodo uti Lampade fulgentia. *Appellavit lucem diem secundo edita, veluti Sol, Luceant, & illuminent terram*. Ego quidem tuo studio attente viso, de te quod Basilius, præconio declarabo, *Conveniens perfectioni hominis christiani est*, ait, *non ad ostentationem magis scribere, quam ad publicam utilitatem*, tu pro tuis de te quod ipse de se Hieronymus, proferet. *Audiant me libere proclamarem, nemo cogitur legere quod non vult; Ego perentibus scripsi, non fastidiosis, gratis non invidis, studiosis non oscitantibus*. Tuum ergo opus tanti laboris inspexi, & ex luce in major lucem, prodire, quidni sentiam? sentio, in hoc Sanctissimæ Trinitatis Matritensi Conventu die decima mensis Septembris anno Domini 1658.

Philos.
Titelm.
de sensu
bus in
ternis li.
bre.
Genes.
ep. v. v. s.
& 15.
Basil.
epist. 36.
ad Dioc.
Hieron.
lib. 2.
Apolog.
contra
Ruffin.

I. FRANCISCVS DE ARCOS.

NOs el Doctor Don Alonso de las Ribas, y vales Vicario desta Villa de Madrid, y su Partido, &c. Por la presente por lo que a nos toca, Damos Licencia, para que se puedan imprimir y vender las obras de Antonio de Diana Coordinatus, por el Padre Don Martin de Alcolea Monje de la Religion de la Cartuja, atento que de la Censura del Reverendissimo Padre Maestro Fray Francisco de la Orden de la santissima Trinidad, calificador desta corte, Consultor del Santo Oficio de la Inquisicion, Predicador de su Magestad a quien lo remitimos, parece no tienen cosa contra nuestra santa fee Catholica, y buenas costumbres, dada en Madrid, a trece de Setiembre, año de mil seiscientos y cinquenta y ocho.

DON ALONSO DE LAS RIBAS.

JUAN BAVTISTA SAN BRAVO.

Censura Patris Fratris Petri Mexia Ordinis Sancti Francisci de Pavia in Complutensi, necnon Salmaticensi Minorum Collegio Primariam Theologiae Cathedram moderantis, Diocesis Toletana Synodalis examinatoris: Olim Castellæ Provincialis, nunc Majestatis Catholicae Philippi IV. Concionatoris, &c.

IN universi lucem omnia omnibus utilissima moralia opera Reverendissimi Patris Antonini de Diana, jam antea dispersim addita vidi; nunc vero coordinata, collecta, & omnes suo ordine dispositas materias, Studio, cælo, diligentia & labore Reverendi Patris Domini Martini de Alcolea ex Carthusiana familia, necnon Regali cœnobio del Paular Virescentis rami, florentis fructus: Iusu Regij Supremique Senatus evolvi. Sudor sanè utilis. Opus tamen difficile, plus est aliena perficere, quam plurima propria proferre, sic Plinius secundus, in Panegyrico ad Trajanum. *Magis arduum est, alios præstare quam se*. Quid difficilius, quam placitis præbere alienis pulchritudinem, & sibi alterius proprium abdicare laborem. Hoc sanè solum toto terrarum orbe Dianæ opera diffusa moralia desiderio, arcebantur: ipse namque materies omnes moralis scientiæ conglomeravit diffusas; sed quia confusim aliquales legentibus peperere fastidium, noster at author singula singulis locavit, dedit nexum, præbuit formam, quodammodo tribuit esse. Opus si ante utile, jam jam necessarium, hucusque si bonum, est jam valde bonum.

Rerum in exordio Nullus est dies.

In quo (si secundum excipias) non referat textus Sacer, & vidit Deus quod esset bonum. *Genes. 1.* Consummatique jam rebus divinum ibi vocitat oraculum n. 31. *Viditque Deus cuncta que fecerat, & erant valde bona*. Quid hoc? tam felicissimus fuit hic dies? Siquidem in eo omnia creata non solum laudantur, sed eximio Dei approbantur præconio? *Erant valde bona*. Sed unde diei isti tanta advenit approbatio, ut quæ antea tanquam bona laudantur, nunc ut optima celebrantur? Certe non aliunde nisi quia sexto consummata fuerat rerum universitas, reliquis in diebus ex nihilo formavit, ultimo tandem juncta, unita, coordinata atque connexa vidit: Sic August. in *Genes. 1.* Sexto die inquit. *Omnia suis in locis obedientiam præstabant Creatori, & nihil faciendum restabat*. Merito ergo ubi orbis completur opificium, & omnia conspiciuntur unita, ibi adest creationis perfectio, & summis laudibus universa extolluntur, ut quæ antea bona solum, valde sint jam bona, quod autem de ultimo creationis termino sentit Augustinus. Sicine ergo de hoc opere asseverare cogor. Prodeat in utilitatem publicam; in discendum commodum, in docentium lucrum, & in laudem Authoris. Assonat fidei, non dissonat moribus. Sic senso, in Matritensi Victoriano conventu, die 4. Decembris anno 1658.

P. PETRUS MEXIA.

LICEN.